Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

O prodiga berum luxuries

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

SI quoties cibum ſumimus, non voluptatis potiùs, quam valetudinis negotium ageremus, atque ibi deſineret cupiditas, ubi finitur neceßitas; ſanè nec patrimoniorum exitium culina, nec animorum pernicies foret gula. Avem aliquam (vah dementiam!) millies paſcimus, ut ſemel ab ea paſcamur; quod verò æterni alimenti occaſionem liberaliſſimè nobis offert, vix potu frigidæ dignamur. Terram, ac mare ſcrutamur, ut cibis exquiſitis corpus ſaginemus; ut animæ benè ſit, vix aliquis ſeipſum inſpicit. Ecquid homine magis indignum, quàm ventrem, & quæ ventri vicina ſunt, tanquam pro Deo, habere? Sapientia in ſicco habitat, inquit ille, non in paludibus, ac lacunis. Fundi nimio humore diffluentes nil ferè præter bufones, ranas ac hydros generare ſolent, utpotè frugibus ferendis inutiles. Venter mero æſtuans, inquit Hieron. deſpumat in libidinem. Abſtinentiam, ut corpori bonam, laudat medicus; ut ingenio, philoſophus; ut animæ, theologus. Si omnibus & ſingulis benè velimus, ipſa colenda eſt.

INdien den menſche, terwylen dat hy beſich is met eten en drincken, niet meer ſijn luſten als den nootdruft, en ſochte in te volghen, ende dat de begeerlijckheyt altijts ophielt met den hongher: voorwaer hy en ſoude niet beſchadicht werden, noch door de keucken in ſijn goet, noch door de gulſicheyt in ſijn ghemoet. Wat een dwaeſheyt! men ſpijſt een vogel duyſentmael, al om eens vande ſelve gheſpijſt te werden; ende aen het gene, dat ons voor eeuwich ſoude konnen ſpyſen, en weetmen nauwelijcx een koude ſoop waters te wille. Men doorſnuffelt lant en zee om het lichaem met alderley leckernien vet en dick te maken, en middeler tijt en neemtmen nau eens de pyne ſijn eyghen ſelfs recht te onderſoecken, op dat de ziele haer rechte bekomſte hadde. Sekerlijck hy betoont hem der zielen onwaerdigh te zijn, die meer te doē heeft met ſijn lichaem, als met haer op te koeſteren. Wat voeghter doch een menſche minder als den buyck, ende 't ghene den buyck nabuerich is, als voor een God te achten? De wijſheydt (ſeyter een wijs man) woont in't drooge, niet in poelen of moraſſen. Al te vochtighe landen, brengen niet als puyten en padden voort, als onbequaem zijnde tot goede vruchten. De buyck opwallende van overdadicheyt, werpt niet uyt als ſchuym van onkuyſcheydt. De medecijn leert ſparigheydt goet te zijn voor het lichaem: de wijsgierighe voor het verſtandt, de leeraer der Godheydt, voor de ziele. Willen wy alle ende yeder van de voorſchreven dinghen goedt doen, laet ons met maten ſparigh zijn.

Innocent. de Vil. Vitæ Hum.

GVla paradiſum clauſit, primogenituram vendidit, ſuſpendit piſtorem, decollavit baptiſtam: Nabuzaidam princeps coquorum templum incendit, & Ieruſalem totam evertit. Balthaſar manum contra ſe ſcribentem conſpexit in convivio, & eadem nocte interfectus eſt à Chaldæis.